

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1501

Autre(s) référence(s) : Fauroux 55 / Tabuteau 145 / ARTEM 1892

Auteur(s) : Emma [particulier]

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1025-1026]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard II et Richard III souscrivent ensemble la charte par laquelle une certaine Emma entrant en religion, donne à Saint-Wandrille les deux domaines de Ticheville et du Breuil-en-Auge, situés sur la Touque, et la Croisille, sur le Lesme.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 12, p. 50-52.
- b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 55, p. 174-176.
- c. Potts Cassandra, *Une charte de Saint-Wandrille*, dans *La Normandie vers l'an mil*, Beaurepaire François de, Chaline Jean-Pierre, Rouen, Société de l'histoire de Normandie, 2000, p. 112-115, p. 112-115 (traduction).

Dissertation critique

Datation proposée par M. Fauroux.

Texte établi d'après b

QUICQUID INVIOLABILE SERVATUR IN POSTERUM LITTERARUM NOTICIE COMMENDATUR AD MEMORIAM FUTURORUM. Aeternæ bonitatis habundantiam et divinæ caritatis excellentiam in aliis omnibus creaturis videre, in nobis ipsis autem habemus sentire. Nam dum omnibus jam institutis hominem tantum ad imaginem et similitudinem suam creavit, in hoc procul dubio se velle nos tractare ostendit, non tam per dominatus potentiam quam per piæ paternitatis benivolentiam. Quapropter ei, et ut Domino servi, oboedire debemus inter singulas et ut sibi patrem diligere eumque honorare super universas. Quibus omnibus, quasi uni hoc ipsum de se ipso ac sua sponsa adoptiva, virgine semper sed non infecunda nostra matre, sancta scilicet ecclesia, pie et paterne dignatus est loqui : « Honora patrem tuum et matrem, ut sis longevus super terram quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. » Quod, ego peccatrix Imma cum gratiarum actione accipiens atque in eo permanere cupiens, cujus gratuita pietate filia et sponsa fieri ardeo, ac per hoc ipsi me et mea omnia dedo. Quæ [ut re]bellibus in testimonium subditis vero sint in exemplum, his volo litteris liquid[o] exprimere, quæ reddo ipsi, ipso inspirante, amicorum meorum voluntate et consilio, volente et au[ctorizante piissimo] comite Ricardo, trado scilicet ad opus fratrum divinis cultibus insistentium, in loc[o qui Fontanella dicitur] ac in beati Petri apostoli, Sanctique doctoris gentium Pauli, et Sancti Wandregisili honore c[onsecratur, duas] villas super Tolcam fluvium sitas, quarum u[na]

vocatur Tegisvilla et [Br]oil altera, cum molendinis et pratis, nemoribus et omnibus earum appendiciis. Trado etiam ad eundem usum aliam villam nomine Crusillam, super Elesmam fluvium sitam, cum molendino [et] aquarum decursibus et omnia ad eandem villam pertinentia. Cujus donationis [cartule], si quis presumpserit contradicere, et Dei omnipotentis iram incurrat et omnes maledic[tiones] quas illi merentur qui dixerunt Domino Deo : « Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus » adquirat.

EGO ROTBERTUS nutu Dei archiepiscopus, jubentibus piissimis principibus, RICHARDO scilicet secundo et tertio, manu et ore hanc donationem confirmo et omnes contradicentes, episcopali sententia, anatematizo.

Signum HUGONis + Baiocensis episcopus. Signum + ROTBERTI ARCHIEPISCOPI. Signum + Ricardi secundi ducis. Signum + Richardi tertii ducis.

Signum Rotberti + comitis. Signum Willelmi comitis. Johannes abbas, Nigellus, Tursten Guiz, Hum[fr]edus, Gauzfridus, Roger[us], Rotbertus, Vui[llelmus]

Nomina testium hujus donationis : Nigellus vicecomes, Baldericus, Roztelinus cubicularius, Ansfridus, Rotzelinus, Rodulfus, Erchengerus, Goisfridus, Rotbertus, Bernardus, Eustachius. Signum + Oidilonis [a]bbatis. Signum + Henrici regis.

+ Signum Heltonis. Testis ipsius confirmationis, Albericus, Osbernus, Hugo filius Nortmanni, Vuarnerius, Rotgerius, Gerardus, Ospace, Petrus, Osbernus vel Ravenellus.